

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Promptvarii exequialis pars ...**

Continens centurias II. dispositionum, quibus themata funebria sive  
scripturae dicta varia ...

**Bidembach, Felix**

**Francofurti, 1625**

Thema LXIV.

[urn:nbn:de:bsz:31-130978](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-130978)

4. Cuius tanta sit bonitas, vt licet sinat mori homines, semper tamen reducat alios.

Et is sane etiam mortuos omnes suo tempore reducet, vt viuant pii coram ipso in æternum, quando scilicet in nouissimo die excitabit omnes. De hoc Esa. 25. v. 7. Dan. 12. v. 2. Joh. 5. v. 28. 1. Theff. 4. v. 16.

Pondera sane plurimarum consolationum in his latent.

1. Deum enim nescimus, quo fugiamus in hac vita æramnosa, pater tamen nobis aditus, ad Deum. Is susceptor est, Psal. 3. 18. 42. 59. 62. 91. 119. 144.

2. Si hinc auferat homines viles Ecclesiæ, & Reipublicæ, & proximo cuique priuato, tam bonus tamen est, vt alios in locum illorum substituat, & post Dauidem de Salomonem, post Eliam Elisæum, post Paulum Titum, & cætera. Hoc nisi faceret Dominus, actum esset de nobis.

3. Quodque tandem sua nos adimpleuit gratia, & parabit mensam cum oleo lætitiæ, Psal. 23. v. 5.

Restat ergo, vt Deo salutaris nostro dicamus laudes, & gratias agamus, atque celebremus perpetuo.

F I N I S,

## THEMA LXIII,

Psal. XCI.

Hic Psalmus supra in I. parte Promptuarii integer tractatus est, in fine Classis VII. Vide pag. 698. Illic lectorem remitto, ne eadem sæpius cum molestia repetantur, & libellus iusto maior fiat.

## THEMA LXIV.

Psal. 102. vers. 25. ad finem.

Dixi, Deus meus, ne auferas me in dimidio dierum meorum. Et cætera, que sequuntur ad finem.

O 2 D I S

## DISPOSITIO.

NOTA. Verba illa versus 25. *ne auferas me in dimidio*, &c. supra in I. Parte Promptuarii huius, Classe II. Numero XXIII. pagina 171. sunt peculiari Dispositione explicata.

Hoc itaque versu hic omisso, ceteri quatuor sequentes, ad finem Psalmi, hac Dispositione breuiter tractantur.

Talia nobis versus 4. prælecti ex Psalmo 102. mysteria pandunt, quæ omnibus omnium Ethnicorum fuerunt incognita Philosophis, & sapientissimo ipsi etiam Aristoteli. Is enim cum aliis mundum æternum statuit: Vicissim de æternitate Creatoris mundi parum scit: & de statu hominis (postquam hic mundus totus, cum omnibus operibus exustus fuerit) plane nihil nec ipse scire, nec alios erudire potest. Quia extra scripturas sacras, hæc mysteria plane sunt abscondita à seculo. Magna itaque cum voluptate, diuinam sapientiam, de his tribus differentem audiamus.

1. De Dei æternitate. Et contra.
2. De mundi fine & interitu.
3. De statu hominis post mundi interitum.

## I. Pars.

Inter se opponit Dei æternitatem & mundi instabilitatem. De Deo sic loquitur.

1. Anni tui perpetuo durant. Tu non habuisti initium, neque habiturus es finem.
2. Neque vero vna tecum mundus est æternus, vt gentiles senserunt: sed tu ante mundum es. Tu enim terram & cælum creasti.

Fundasti terram super stabilitatem suam. Psal. 104. Et cæli etiam opera sunt manuum tuarum, Psal. 8.

Neque vero tu cum illis desicies, sed in æternum permanebis. *Dum uisit nichil alter*. Sicut es ita manes. Anni non habebunt finem in te.

Adeo.

Adeoque non tantum ratione hominum, sed etiam totius mundi, est infinitum discrimen inter te creatorem, & creaturas ipsas, cœlum & terram & quæ in ipsis sunt.

**Locus.** Fundamentum omnis consolationis in hoc consistit, quod Deus non est mortalis, sicut sumus nos homines, sed est æternus & manet in æternum, omnipotens pater, creator & conservator generis humani. Id ipsum enim quod in primo Articulo symboli confitemur, continet hic locus.

Multi autem licet id ore confiteantur, in corde suo tamen non credunt firmiter. Absit, inquis? At quid aliud faciunt, qui in magnis constituti necessitatibus sic trepidant, sic ciulant, imo sic desperant, ac si ipse Deus mortuus esset, aut sua omnipotentia priuatus, &c. *Ach es ta mir nit mehr g'holfen werden. Es ist alles verloren. Es ist gar zu weit mir in' fomme / r.* Hoc non est credere, Deum æternum, vel omnipotentem, multo minus, *patrem esse.* Cuius manus nunquam abbreviata, Esa. 59. v. 1. & cuius animus nihil immutatus, Esa. 49. vers. 14. & 15. Qui itaque sic trepidant, invocantur illud Dei opus: *fictum & concipiant inde fidem, quod non velit Deus ipsos deserere, aut perdere, aut abiicere.*

Hoc est illud Iosaphati, 2. Par. 20. v. 12. Oculi nostri suspiciant ad te: Et Psal. 121. v. 1. Oculos leuavi ad montes, id est, in cœlum suspicio, &c.

Quod si maxime impii sic pergant strenue in suo proposito flagellando bonos, & exerceant omnem suam tyrannidem, nec Deus etiam inhibeat illorum temeritatem: cogita tu, ô Christiane, *Er ist darumb nicht gestorben / Es ist ihme auch noch nicht wehe / Er ist nicht älter und nicht schwächer / r.* At simulat se dormire. Euigilabit autem sicut heros iubilans à vino, Psal. 78. versicul. 65. Ora gicetur. Psal. 44. vers. 24. Tarditatem gravitate compensabit. Ille sinit prius complere mensuram iniquitatis, Gen. 15. v. 16. Matth. 23. v. 32.

## II. Pars.

Deus quidem perpetuo vnus & idem est. At mundus veterascit sicut vestimentum, & tandem plane absumetur, & sicut attrita vestis abiicietur. Dominus enim sicut vestimentum permutabit eos, scilicet, destruendo veterem mundum, & creando novos cœlos & nouam terram, Esa. 65. v. 17. & Esa. 66. v. 22. 2. Pet. 3. v. 13. Ap. 21. v. 1.

DOC E MVR, Mundum hunc cum omnibus operibus suis transiturum, de quo Ioannes & Paulus atque Petrus, imo ipse filius Dei monet. Luc. 21. v. 33. Matth. 5. v. 18. 1. Ioan. 2. v. 17. 1. Cor. 7. transit *ἄνω* v. 31. Et in igne quidem transiturum, vbi elementa liquefcent. De quo eleganter Petrus 2. Pet. 3. v. 10. & 13. Vñus huius loci est.

1. Ne tantopere diligamus mundum & quæ in mundo sunt, 1. Ioan. 2.

2. Vt iuxta doctrinam Petri simus parati in sancta conuersatione, v. 1.

NOTABVNT hoc loco Tyrones in ministerio Ecclesiæ, Quæstionem illam, vtrum mundus secundum substantiam, an secundum accidentia sit interiturus, quæ in vtramque partem disputari potest, coram imperito vulgo plane esse intermittendam. Quia tantum seruit curiositati. Et satis esse scire, Mundum esse transiturum.

## III. Pars.

Si mundus & omnia quæ in mundo, sunt transitura & cœli liquefcent, &c. vbi manebunt electi Dei filii? De hoc versus vltimus sic loquitur: Filii seruorum tuorum habitabunt, &c. Vno verbo, Cum Deo & coram Deo erunt filii Dei.

LOCVS. Non itaque metuendum, ne nos simul etiam pereamus, sed sciendum id Petri, expectamus novos cœlos, &c. vers. 13. Et vbi Christus, ibi nos quoque erimus, Ioan. 17. v. 24. Atque hæc maxima sit consolatio, quod illic *πλίτημα* & domicilium fixum. Phil. 3. 2. Corinth. 5. v. 1.

Ad.

Admonemur autem, vt quia *serui Dei*, & filii seruatorum, hoc loco dicuntur ibi habitaturi, nos demus operam, vt simus serui facientes voluntatem, Luc. 12. vers. 37. fideles, Matth. 25. v. 21 & 23. Tunc dicit, vbi ego, ibi & minister meus, Joh. 12. v. 26.

F I N I S.

THEMA LXV.

Psal. 103. v. 12. ad 17.

*Quantum distat ortus ab occidente, longe fecit iniquitates nostras.*

*Quomodo miseretur pater filiorum, &c. vsque ad versum 17.*

D I S P O S I T I O.

Summa hominum mortalium sapientia in hoc consistit, 1. vt agnoscant Deum, Joh 17. v. 26. & 2. vt noscant seipfos.

Vtrumque scriptura docet passim. Et tale etiam aliquid hic locus Psalmi demonstrat: vbi & de Dei clementia, & de hominum omnium vitæ instabilitate loquitur eleganter. Hæc itaque duo tractabimus breuiter, audiri:

1. Quanta sit Dei misericordia.
2. Quanta hominum miseria.

I. Pars.

Infinitam esse Dei misericordiam tum ex Syr. 2. v. 27. tum ex aliis scripturæ locis patet. Et hic ipsi Psalmus ab initio ad finem misericordias Domini deprædicat.

1. Inter cætera autem refert versus 13. quod misereatur Dominus super timentes, &c. Hoc enim ipsi tribuitur Epitheton passim, quod sit *miserator* & *misericors*. Exod. 34. v. 6. Psal. 86. v. 15. & 111. v. 4. & 145. Et supra hoc Psal. v. 8. Et diferte notat id Esa. 49. v. 10. *Erbarmer* / & Esa. 54. v. 10. idem, Sapient. 11. v. 24. *Misericors omnium*, Jac. 5. v. 12. *Miserator*.